

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1332

**Auteur(s) :** Jean de Fontaines [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1282, octobre

**Lieu d'émission :** Isigny

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean de Fontaines, chevalier, donne en pure et perpétuelle aumône et garantit au chapitre de Bayeux un masuage à Isigny : le chapitre lui verse 16 livres tournois.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° DLIX, t. 2, p. 314-315.

Texte établi d'après a

Sciant omnes præsentis et futuri quod ego Johannes de Fontibus, miles, dedi, concessi, et penitus dimisi capitulo Baiocensi, in puram et perpetuam elemosinam, quoddam masuagium quod habebam et quod michi accidit de forefactura Ricardi Live Tonel, propter homicidium suspensi, situm in parrochia de Ysaigneio, in hamello as Hue Toneaus, inter masnagium hæredum Bertini Live Tonel, ex una parte, et masuagium Ricardi Le Telier, ex altera : tenendum et possidendum eidem capitulo, in puram et perpetuam elemosinam, dictum masuagium, sicut se proportat in longum et latum, et sicut fossata et clausuræ ejusdem demonstrant, cum omnibus pertinenciis ejusdem masuagii, libere, pacifice, et quiete, sine reclamazione mei vel hæredum meorum in dicto masuagio et ejus pertinenciis de cetero facienda ; ita tamen quod Johannes prædictus et hæredes mei tenemur et debemus eidem capitulo dictum masuagium, cum omnibus ejus pertinenciis, in puram et perpetuam elemosinam garantizare, deliberare, et defendere, et de omni actione, redditu, et fessancia, et pure in omnibus erga omnes acquitare, vel alibi, in nostra propria hæreditate, ubicumque sit, excambiare, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter. Et ego Johannes prædictus obligo me ipsum et hæredes meos ad omnia et singula prædicta tenenda et adimplenda eidem capitulo, et inviolabiliter observanda. Pro hiis autem garantizatione, deliberatione, defensione, acquitatione, et excambiatione, si necesse fuerit, faciendis, dictum capitulum michi dedit sexdecim libras Turonenses in peccunia numerata, de quibus denariis me teneo pro pagato. Et, ut hoc sit firmum et stabile, et in perpetuum, istud præsentis carta et sigilli mei testimonio confirmavi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, mense octobri, coram parrochia de Ysaigneio supradicta.